



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

91. An ingredientes Monialium Monasteria cum licentia, si tamen, finito ministerio multo spatio ibi morentur ob malum finem, non solum peccent mortaliter, sed etiam incurrant excommunicationem latam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

4. Ad primum argumentum contrariæ sententiæ respondetur, de illis Pontificiis responsionibus non constare authenticè. Ad secundum respondetur, non constare authenticè, legem pœnalem extendendam esse quoad pœnam in ea contentam ad casum non expressum, etiam si in illo eadem inveniatur ratio, imò oppositum est verum, & omnino tenendum. Ita docent Barbosa de potest. Episc. p. 3. alleg. 101. num. 82. Anton. c. fin. n. 58. de consuet. Castus lib. 1. de leg. pœn. c. 7. doc. 3. Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 10. disp. 4. n. 3. & alij communiter. Vnde etiam pro confirmanda nostra sententia, Cajetanum ver. excomm. in principio, & in c. 47. & glossam communiter receptam in Clem. 1. de consangu. & affin. pro quo etiam fecit Decret. in c. quicumque, de sent. excomm.

RESOL. XCI.

An ingredientiæ Monialium Monasteria cum licentia, si finito Ministerio multo spatio ibi morentur ob malum finem, non solum peccent mortaliter, sed etiam incurrant excommunicationem latam à Greg. XIII?

Et an in supra dicto motu proprio, & prohibitione Concilij Tridentini sess. 25. c. 5. de Regular. comprehendantur Reges, Reginae, & Cardinales?

Et an Religiosi habentes privilegium absolviendi à casibus Summo Pontifici reservatis possint absolvere ab hac excommunicatione?

Et an infantes nondum doli capaces possint in Monasteria Monialium admitti, nec sint inclusi in prohibitione Greg. XIII. & Concilij Tridentini?

Et notatur, quod Confessarius potest intrare clausuram Monialium, non solum quando Regula confiteri præcipit, sed etiam quoties infirma dixerit se indigere Sacramento Pœnitentiæ, vel Prælati in aliquo casu electionis Abbatissæ, seu Priorissæ. Ex parte. 3. tr. 2. Refol. 67.

1. Affirmativè respondet Bonacina de clausura tom. 1. q. 4. punct. 4. num. 22. & novissimè Merolla in disp. Theolog. moral. tom. 1. disp. 1. diff. 7. n. 498. Et in ex quo fit ab hac excommunicatione non posse absolvi Religiosos habentes privilegium absolviendi à casibus Summo Pontifici reservatis, quia hic casus excipitur à Clem. VIII. in quodam Decreto. Nam in illo reperitur violatio clausuræ. Hæc opinio est probabilis.

2. Sed ego contrariam sententiam non minus probabilem, & tutam in praxi existimo, & idè illam tenet Sanchez in summ. tom. 2. lib. 6. c. 16. n. 69. quia sic ingrediens non ingreditur absque licentia, contra quem Summus Pontifex excommunicationem tulit, & hanc sententiam tenet etiam Zerola in praxi ver. Moniales, ad 8. quæstionem. ubi asserit, non incurri censuras ex causa justa, & legitima licentia ingrediens, si cum Moniali intra Monasterium fornicetur.

3. Ad argumentum verò, quod pro affirmativa sententia adducit Merolla, nempe motum Gregorij XIII. non esse odiosum, sed favorabilem, respondeo, quod contrarium asserunt Doctores, & novissimè inter illos Hieronymus Rodriguez in compen. 99. Regul. refol. 26. n. 18. & idè non videtur extendendus. Vnde puto cum Suarez tom. 4. de Relig. lib. 1. c. 7. num. 5. Sanchez lib. 6. c. 16. n. 3. & c. 77. n. 5. & alijs, quod sub prædicto motu proprio Greg. XIII. & prohibitione Concilij Tridentini sess. 25. c. 5. de Reg. non comprehenduntur Reges, Reginae & Cardinales; licet contrarium asserat Merolla ubi supra diff. 3. n. 470. Constat enim pœnalis non comprehendit personas supradictas tam insignes.

Tom. V.

4. Notandum est hic obiter primò, quod Confessarius potest intrare clausuram; non solum quando Regula confiteri præcipit, sed etiam quoties infirma dixerit se indigere Sacramento Pœnitentiæ, & ita ex Rodriguez notat Porrell. in dub. regal. ver. clausura Monialium, n. 9. & post illum Villalobos in summ. tom. 2. tr. 35. diff. 47. n. 4.

5. Nota etiam secundo cum ipso Villalobos diff. 46. n. 12. [que no es causa bastante el hazer la eleccion de Abadesa, ò Priora, para que el Obispo, ò Prelado entre en el Monasterio, que esto se puede hazer por la parte de afuera, recibiendo los votos à la craticula, conforme al Concilio Tridentino sess. 15. c. 7. de Reg. Mas estenderse esto hablando regularmente, porque, si se diessè caso en que las monjas estuviessem iniquitas, y huviessem sospecha de soborno, fuerza, ò otra causa justa por donde sentendiesse, que no se haria canonicamente la eleccion, si no entrassen alla à tomar los votos, se podria hazer, porque esta es causa necessaria, y tal podria ser el alboroto que fuesse necesario entrar seys, ò ocho frayles.] Ita ille, & ego.

6. Nota tertio contra Naldum in summ. ver. clausura, n. 3. Vgolinum de potest. Episc. c. 21. §. 3. n. 3. Comitolum lib. 6. q. 22. Falcum de visit. lib. 2. c. 18. n. 25. quod infantes nondum doli capaces, possunt in Monasteria Monialium admitti, nec esse inclusos sub prohibitione Greg. XIII. & Concilij Trident. ubi supra. Et ita tenet Ioan. de la Cruz de stat. Relig. lib. 1. c. 5. dub. 2. concl. 3. Granado in 1. 2. D. Thom. controu. 7. tr. 3. part. 1. disp. 6. sect. 5. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 6. c. 16. n. 4. & alij, quos ad satietatem adducit, & sequitur Merolla ubi supra, quibus ego addo Hieronymum Rodriguez in compen. 99. Regul. refol. 26. n. 7.

RESOL. XCII.

An intrantes cum licentia Monasteria Monialium, si finito negotio ibi notabiliter commorentur, incidant in censuras? Ex parte 4. tract. 4. & Miscell. Refol. 90.

1. In partem affirmativam videtur inclinare Naldus in summ. ver. Moniales, n. 15. ubi ait: Monialium clausuram cum debita Superioris licentia ad inserviendum Monialibus in opere necessario ingressus, si ibidem opere jam expleto ad quod fuerat admittus, notabiliter commoretur, forte non videtur immunis ab excommunicatione violatæ clausuræ. Ita ille.

2. Sed non reticeam adversus illum negativam sententiam docere Aloysium Bariolam in Aphor. litt. M. ver. Moniales, §. 8. ubi ita asserit: Monialium Monasteria intrantes cum licentia finito negotio, cujus causa sunt ingressi, si curiositate ducti aliò divertant, nec peccant, nec censuras contrahunt, licet oppositum sentire videatur Naldus. Ita Bariola loco citato.

RESOL. XCIII.

An licentia ingrediendi Monasteria Monialium debeat esse in scriptis etiam quoad forum conscientia? Ex parte. 3. tr. 2. Ref. 129.

1. De hoc casu novissimè interrogatus fui à Gregorio Pollaccho, viro quidem docto, & amicissimo, qui Venetijs moratur. Prima opinio affirmat, & ita docet Suarez de Relig. t. 4. lib. 1. c. 10. n. 15. Sanchez in summ. t. 2. lib. 6. c. 16. n. 30. & alij unde asserunt esse peccatum mortale ingredi Monasteria Monialibus.

F 2

Monialium

Sup. hoc in
1.9. tr. 7. Ref.
109 §. 1. post
med. à ref.
Quod con-
firmatur, &
in §. Ad con-
firmatio-
nem.

Sup. hoc in
act. præteri-
ta, & lege
etiam §. ad
not. seq. ad
med. & in t.
7. tr. 1. Ref.
244 §. Fini-
tis & in Ref.
349 §. ult. ad
med.

Sup. hoc in
t. 7. tr. 1. Ref.
243. lege do-
ctrinam ejus
§. ult. & al-
terius Ref. &
§. ejusprimæ
not. & §. ult.
annot. præ-
terita.

Quoad hoc
sup. ex Ref.
84. lege §.
Nota deci-
mo, quavis
ibi sit pro
Collocatio-
ne cum Mo-
nialibus.